

1355 die 24 mensis Junii

Ex annal. Reg. Hung. Prag. fol. 96.

Ludovicus Hungariae Rex confirmatis libertatibus Polonorum
 pactas de Successione conventionis novo diplomate limitat.

579.

Instr. in Prag. 2044. h. p. s.
 T. I. p. 1355.

Nos Ludovicus Dei gratia Hungariae Dalma-
 tia Croatia Rama Servia Gallia Podomenia
 Comania Bulgariaeque rex, princeps Salernitanus
 et honoris montis sancti Angeli dominus Signi-
 ficamus, quibus expedit, universis presentium per
 tenorem. Quod cum Joannes Castellanus Woy-
 nicensis Florianus propositus et cancellarius Lan-
 ciciensis Petrus tribunus et Selha subagago Cracovi-
 enses ad nostram accedentes presentiam, nobis
 ex parte universorum regnicolarum regni Po-
 lonie super concedendis eisdem clementer arti-
 culis infrascriptis, humiliter supplicassent, nos eorum
 imo verius ipsorum regnicolarum petitionibus
 gratose inclinati, promittimus et assumimus bona
 fide, absque omni dolo et fraude, verbo nostro
 regis majestatis, ut, si disponente domino in jus
 et regimen regni Polonie prenotati, juxta forma
 compositionis, seu ordinationis inter serenissimos
 principes dominos Carolum quondam regem
 Hungariae genitorem nostram, ipsiusque soror-
 um in nostri, et fratrum nostrorum perso-
 nis dudum inite et firmate, ac nobiscum no-
 vissimis temporibus innovate, processu tempo-
 ris succedere nos contingat, nullas collectas, seu
 exactiones nos, et successores nostri et eorundem
 regiminis in predicto regno tempore edigi faci-
 emus, a regnicolis prenotatis, quos recolenda me-
 morie dominus pater ipsius domini regis, aut
 idem dominus rex aliquibus ex causis ultra
 consuetam et solitam libertatem ab eisdem re-
 gnicolis, et praesertim prelatibus et personis Ecclesi-

asticis

astibus, eorum villis et populis seu incolis
nobilibus, ac eorum villis et populis seu civibus
regni ejusdem cujuscunque status, et conditi-
onis exigi seu extorqueri fecissent, sed his con-
tenti erimus, que ipsi consueverunt solvere
ab antiquo, vel que ad cameram regiam seu
suis regate constituentur pertinuisse, seu constabit.
Sed si vires, exceptis tamen nobilibus, dicti regni
Polonie, ac aliqui dictorum civium de eodem
regno occurrente aliquo necessitate, seu opportuni-
tatis tempore, contribuere voluerint, ad id faciendum
seu solvendum nullo modo eos compellemus.

Item si per regnum illud quocunque tempore nos
procedere contingat, descensus super prelatos, eccle-
sias, monasteria, ipsorumque populos supradictos
seu regni ante dicti nobiles et eorum subagiones
populos vel ingulinos, non faciemus contra eo-
rum voluntatem, nec aliquid occasione descen-
sus exigi faciemus ab eisdem. Quod si alias pro
faciendo descensu divertere non possemus, ea tunc
pro nostris sumptibus et pecuniis nos prout
in victualibus et aliis necessariis faciemus.
Ceterum si in nostri et successorum regiminis tem-
pore pro aliqua expeditione facienda, ultra fi-
nes regni procedere nos contingat et expediat, vel
eosdem de damnis, si que regnicole ejusdem
regni in eadem expeditione nobiscum aut ali-
quo nostrorum successorum, existentes in nostris,
aut ipsorum servitiis subierint, plenarie eisdem
satisfactionem impendemus, et ipsi idem impen-
dere teneantur.

Demum si, quod absit, nos aut Dominum Joannem
nepotem nostrum ducem absq[ue] heredem masculini se-
xus decedere contingat, et tunc omnia pacta, con-
ventiones, dispositiones, ordinationes, juramenta fe-

delictata

delictalis, et homagii, et obligamina quolibet confecta
 super facto regni Solorie supra dicti, que nos aut
 nostros et ipsius heredes contingebant, irritentur, et
 viribus maneant caritura, nec alii successores
 nostri, preterquam heredes memorati, horum pacto-
 rum occasione ad liquidum juris in eodem va-
 teant ulterius vendicare. Sed regnicole ipsi regni
 Solorie super ipsis liberi sint penitus et exem-
 pti ac per omnia expediti, salvis solutionibus qui-
 que millium sexagenarum grossorum Bohemica-
 lium inclite domina, filie seniori ejusdem
 domini regis tempore mantationis ipsius, prout
 per predictam dominum genitorem nostrum as-
 sumptum fuerat, per nos plene et integre eide
 persolutis, de quibus in predictorum compositionis
 et irritationis, ordinationis et annullationis eventus,
 volumus, ut nostris successoribus, seu heredibus
 satisfactio impendatur per illum, qui prefato
 Solorie regno presidebit. Sic tamen, si predictum
 regnum in nostras vel dicti domini Joannis
 ducis, nostrorumque, vel ipsius heredum manus
 devenire non contingat. Quod si devenire conti-
 gent, eo ipso prefati rex, et regnum a debito
 dictorum quinque millium sexagenarum sint
 per omnia expediti. Facta autem conventiones
 dispositiones et ordinationes quasunque et in-
 strumenta confecta super ipsis temporibus, quibus
 supra, cum omnibus ipsorum obligationibus
 ac promissionibus et firmamentis quibusunque
 presentibus, ratificamus et approbamus, et illiba-
 ta juxta conventionum, conventorum in eisdem
 firmam, sub ejusdem sacramenti vinculo pro-
 mittimus omnibus temporibus observare. Insu-
 per omnes duces prelatos ecclesiasticasque per-
 sonas, barones, proceres, milites, nobiles, civitates,
 villas

villas eorumque populos et inquilinos, in eo-
rum libertatibus promittimus conservare, nec e-
os contra illas intendimus aggravare, vel per
alios patiemus aggravari modo aliquali. In quo-
rum omnium testimonium atque robur pre-
sentes concessimus literas nostras duplicis, ac
pendentis sigilli nostri munimine roboratas. Da-
tum Bude 24. mensis Junii, anno Domini
millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto.